in Rem Villæ Kubile Wytyna Antiqua quæ
est Bonis Super Kopieldowo à Nra Kuchnia

Doletylowna Pietrzykowska Reformatio

Coram officio et actis præsentibus Castren Capitanalibus Branscen ptis Compa
rens Nobilis Stanislaus filius Nobilis Joannis Pietrzykowski Sanus
mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobili Mariannæ filiæ
Nobilis Gregorij Doletylo consorti vero suæ futuræ in matrimonium
sibi desponsatæ in medietate omnium et singulorum bonorum suorum mobilium
et immobilium in bonis Pietrzykowo Gołębki et alibi ubivis locorum consisten
videlicet in areis hortis agris pratis campis silvis summisque pecuniarijs
nunc habitis et in post favente divina clementia habendis et acquirendis
se quovismodo hoc iuris titulo concernendis ratione veræ dotis post eam acce
ptæ et in bona sua importatæ summam Quadringentorum flor. polon. dotis
et aliam summam Centum floren. polon. addotalicij inscribit reformat et
assecurat dotalicia et addotalicia quæ more aliorum dotaliciorum et refor
mationum hoc in Regno Poloniæ observari solitorum personali sua reco
gnitione in præmissis mediante.

Bolestow Quietatio cum Submissione

Coram officio et actis præsen. Castren. Capitanalibus Branscen. ptis Comparens Nobilis
Josephus olim Mathiæ Bolesta sanus mente et corpore existens palam
recognovit Quia Nobilem Bartholomeum Bolesta et Zophiam Ma
zowska Coniuges de causa et actione ipsis ad officium nostrum ra
tione de bonis in hæreditate Bolesty consisten. ipsi per Nobilem
Stanislaum Bolesta priorem eius maritum inscriptis expulsionis
instituta ob missionem sibi eorum bonorum quietat emittit et libe
rum facit ac processum cassat causæ huius Ratione Cuius emis
sionis hic idem personaliter stans præfatus Nobilis Bartholomey
Bolesta nomine suo et præfatæ Zophiæ Coniugis suæ aqua de
rato et grato cavet submittit se amplius præfatum Josephum in
bonis prædictis nec non seminatis per ipsum satis impedire nec
possessionem pacificam quovismodo præpedire sub pœna quatuordecem
marcarum polon. Et Coram officio præsenti peremptoria renuncians omnibus
controversijs exceptionibus allegationibus motitas apellationes dillationes evasiones
ac earum prosequutionibus se et suos successores auti absoribendo et abre
nunciando sub amissione suæ totius et integræ causæ

Kruszewo Brodowo Donatio

Coram officio et actis præsentibus Castren. Capitanalibus Branscen. personaliter
comparens Nobilis Zophia filia olim Gregorij Kruszewski consors
Nobilis Valentini Kumienski cum eiusdem mariti sui et tutoris
coniugalis personali assistentia et consensu præsentaneo sana
mente